

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sertum Rutaceum Domûs Saxonicae Insigne**

**Starck, Christoph Heinrich  
Rechenberg, Adam**

**Lipsiae, 1664**

**VD17 VD17 12:144264V**

Mantissa

[urn:nbn:de:bsz:31-131177](#)

afficiunt perficiuntqve. Hujus posterioris generis *Ruta* est. Insigne Bernhardo & Successoribus ejus datum, non ut honorem seu dignitatem Dualem conferret, sed jamjam collatam augeret, & præcipue eos a fratribus & agnatis discerneret, juxta verba suppli-  
cis Bernhardi:

Atqve ita semel *Ruta* hæc Bernhardo concessa, propria & per-  
petua ex voluntate Imperatoris & more nobis receptissimo, lo-  
maibus ejus posteris in hodiernum usqve diem permanxit. Bodinus  
qvidem Republica Lib. 1. Cap. 5. n. 43. solos Turcas ex omnibus penè po-  
pulis veram nobilitatem, Virtutis non generis antiquitate metiri dicit, cum  
qvd plus à Stirpe virtutis, è longius abesse à nobilitate posteros patent; avo-  
rumqz nobilitatem in nepotibus finiant, pronepotes vero ac posteros deinceps  
ignobiles babeant, nisi suā Virtute ac rerum gestarum gloria dignitatem avo-  
rum tueantur. Verùm, qvod apud humaniores & Christianas  
gentes fortes fortibus creari & bonis, contra morem barbarorum  
putemus, nobilitatemqve hæreditariam faciamus, iniquum spero  
adèd non erit. Vide sis de hac materia qvæ habet Cyr. Spangen-  
berg Cap. 32. part. II. des Abel-Spiegels p. 314. Bernegg. in Miscell.  
Qvæst. 33. Licet & hodie in Hispania Ducalis dignitas nisi renova-  
tur, ad hæredes non transeat. Wendelinus Polit. Lib. II. c. 35.  
Thes. 8. p. 410. Verùm de his plura alio loco, aliove tempore. De-  
fino proinde in subseqvente.

### *Mantissa.*

Sertum Rutaceum apprimè congruit Do-  
mui Saxonice.

#### I. *Fasciola.*

*Ruta* convenit D. S. 1. ut Symbolum vigoris. Omen  
ejus publicum. 2. ut Symbolum Pacis. 3. ut Symbolum defensæ  
Religionis Orthodoxæ. Illustratio Poëtica Stigeli.

#### II. *Flosculi.*

Cujus indolis & qvarum virtutum *Ruta* sit

C 3

U:q

Utg. virore suum gerat immortalis honorem  
Utg. oculos acuat, perimatq; , comeſta venenum  
Serpentumq; perosagenus vel imaginis umbra  
Arceat, in nullo succrescat lata ſimeto,

Qvar Rutæ deſcriptio noſtri eſt Taubmanni, de iis conſulendi ſunt Botanici: illas ab ovo ut arceſſamus, huicq; veſto annexa-  
mus, noſtri iſtituti non eſt, ut potè qvi duntaxat ſolliciti; qvō-  
paetō hæc ipſa Domui Saxonice Iuſtrissima congruat. M. Joachi-  
muſ Müller in Conciōne funebri, qvam B. M. Beati Johannis Frī-  
derici II. Styriæ in Austria M. DXCV. habuit, οὐ γνωστον hanc de-  
ducti latius, qvam per legat, cui volupe eſt. Nos Mantiffam hanc  
nullis aliis qvam Poētarum floſculis ſumus exornaturi. *Rutam*  
ut ſymbolum Vigoris, qvō Iuſtrissima Domus Saxonica ab incun-  
bulis uſq; gavifa eſt FELICITER! depingit nobis *Taubmannus in*  
*toties citato Epico*, qvōd dignum ſanē ut legatur:

*Ruta virore ſuum gerit immortalis honorem*  
Deſluvioq; patet, foliorum obnoxia nulli,  
Di quantum fuit augurium, quantum iñſtar in illa!  
Quippe ſub augusta numeroſa Caſaris era.  
Et mundi Sceptris Aquilaq; biverticis alis  
Saxonie Rutata Domus felicibus auffis  
Floruit & floret: poft & florebit:  
    ô unum hoc

Quoſo repreſenteſ melijori numine Votum,  
Qui DEIUS à ſeculis ſectorum in ſecula flores.

Perenni vivi hujus floris atq; vigoris jucundum ſe exeruit omen in  
ſolenniſſima Divi Auguſti Ducis & Elecotoris Saxoniæ inaugura-  
tione tum c. 15 LVIII. Francofurti ab Imperatore Ferdinandō,  
tum c. 15 LXVI. d. 23. Aprilis Auguſtae facta, omnibus namq;  
vexillis coeteris a præſente vulgo antiquum juxta diuſis atq; di-  
viſis, unicūm vexillum, cui Inſignia ſerti Rutacei cum auratis  
atq; nigris ſuis trabibus erant iſerta, manſit ſalvum integrum.  
Ex quo ſpectatores illici bonum hoc concepere præſagium, fore ut  
Iuſtrissima hæc Rutæ Saxonica vireat, vigeat, floreat, fal-

v. 2.

Va, integra, illibata, nullis intermoritura seculis. D. Andreas Müller/ Part. II. Theatri Freibergensis Chronicus in Annalibus 1568.  
p. 287. seqq. Symbolum Pacis pro Illustrissimâ nostra Domo Saxonica Russam facit Michael Barth/ Annabergensis, Professor olim nostrae hujus Academie Philureæ in Epigrammate ad eundem Augustum Electorem  
Saxoniae, tunc bello Gothano præfectum:

Quam bene cum Gladiis Ruta cœa juncta Corona est!

Enses bella notant, otia ferta nosant.

Ensiferi novâre Duces bellis labores

Aurata & quâ pax digna sit arte colit;

Ensiferi decretâ gerunt pro Casare bella

Ornat vitoris leta Corona caput.

Imò in altero ad eundem Augustissimum Electorem epigrammatę, vires Ruta & Gladiis propius sociat & ferè miscat:

Ensifero ferâ turbâ duci ferâ bella parabat,

Clamq; ferus serpens struxerat insidias.

Arripit ille suos gladios rutamq;, duobus

Auxiliis istis, dispulit omne malum.

Hosfibus adversi gladii sum: ruta venenis.

Hosfem Ensifis strictus, ruta venena necat.

o Gladii eternum rutilent & ruta virescat,

Nec ferrugo illos occupet, hanc nec hyems!

M. Martinus Mylius in Horto Philosophico p. 455. sub Ruta. Nobis insuper Ruta in illustrissima hacce Domo Saxonica etiam est imago Orthodoxæ Religionis, in hunc usq; diem ab omni veneno falsæ doctrinæ potentissimè assertæ. Rauten dienen wohl wider den gifft (inquit Spangenberg c. 46.) und erinnert die Obrigkeit daran zu seyn/ daß ihre Unterthanen für falscher Lehre mögen gefichert seyn. Id quod ipsum, qvin Ruta haec Saxonica, haec tenus unice & adeò connisa fuit, ut nonnunquam etiam pro re natâ Gladios in suppetias vocaverit, neminem arbitror fore qvi dubitaverit, Beatissimus noster Johannes Georgius I. Dux & Elector Saxonia semper Constans & Magnanimus, qvi non semel pro sinceritate Orthodoxæ Religionis obtinenda, Serto suo Ruta cœo coronatus stetit in armis; cum nuper placidis-

cidissime emorlendo Insignia Electoratus atque Ducatus Successori Filio his traderet Verbis:

EN RUTAM, EN ENSEM, Tibi trado, o Inclite SANGVIS,

Belli-Ensis, PACIS-Tessera-RUTA fiet.

ENSE recido Malum, RUTA propelle Venenum

Sic stabit REGIO, RELIGIO QVE TIBI.

Serenissimus-filius-successor, Potentissimus-noster-hodie-Elector (ex nonneminis calamo) illa hac eaque blandissimam capessebat voce.

Hunc ENSEM, Hanc capio PATER-OPTIME-MAXIME, RUTAM,

Belli-Ensis, PACIS-Tessera-RUTA fiet.

ENSE recido Malum, RUTA propello Venenum :

E sic stet REGIO RELIGIO QVE Mibi.

Salva atque illibata!

Si ita est, quod M. Joachimus Müller in modo adducta concione memorat, nimurum: Witteberg & Religionem-Virginem stare Serto Rutaceo condecoratam, erectisque in colum vultibus Iustitiam proper, in publico, non minimum haec ipsa nobis inde praebet iudicium,

Tuta, fore ut Viridis recubet sub tegmine Rutæ.

Coronidis loco LMqve adhuc appendo Johannis Stigeli Epigramma, in Rutacea haec Ducum Saxonia Insignia concinnatum, utpote quod regales eorum ortus in Auro, Virtutem in Trabe nigrigante, sanam in immortalibus Rutæ foliis graphicè nobis depingit:

Multa quod attrivit vivaci secula laude,

Saxonia insigne est hoc specimenq; Domus.

Aureus est clypeus pulchro discrimen in auro,

Secernunt nigras aurea tigna trabes.

Qvæ super obliquo trajecta & pendula tractu

E foliis Rutæ nexa corolla nitet.

Res pretiosa aurum, regales indicat ortus,

Et columnæ celsæ Iustitiamq; Domus.

Qve

